

# Apparatus excellentis

simi doctoris Guillelmi de monte isauduno super Clemen-  
tinas nuncq̄ antehac neq̄ integre neq̄ fideliter impressus:  
Prius enim corruptus erat ⁊ optima maximaq̄ parte trun-  
catus ac mutilus. Nuper vero parisiis syncerissimis typis  
excusus: cum indice alphabetica serie digesto.



18 940

Coll. Soc. Sci. Salm. ex dono Regum.

95

Venalis est in vico Jacobeo sub signo Ensis.

Nicolaus Beraldus lectori Salutem.



Adieram antehac sepe Guillelmum  
a monte Hauduno ab vtriusq; iuris profes-  
sorib; nominatum citari perinde ac rarum  
quēpiam eximiumq; interpretē: neq; id vnq;  
temere fieri videbam absq; honoris p̄fa-  
tione aliqua insigni. Optabam idcirco vide-  
re talis ne esset Haudunensis noster: qualem eū toties p̄-  
dicari audieram: quum mihi non ita multo post oblatum est  
libellus quidam a chalcographis aut cacographis potius  
quibusdam nescio impressus an peruersus. Erat enim non  
modo vitis mendisq; innumeris corrupt;: sed truncus: mu-  
tilus: & cui nec pes nec caput vllum esset. Apparatus tamē  
Guillelmi a monte Hauduno in constitutionēs clemētinas  
titulo liminariq; inscriptione dicebatur. Tanta est eiusmo-  
di impostorum audacia integra volumina circuncidentiq;  
circuncisq; pro integris vendentium. Nō est vero quū duo  
exemplaria perantiqua absolutaq; ex authoris ipsius idio-  
graphis (vt ego quidem puto) exscripta mihi commodato  
dedisset Franciscus Deloinus regius consiliarius inter iu-  
risconsultos nostri temporis eloquentissimus: inter eloquē-  
tes iurisconsultissimus: inter vtrōsq; prudentissimus atq;  
humanissimus: vnum ego ex duobus euestigio transcribē-  
dum curauit magnis certe laboribus: tum quod vetustissimi  
illi membranacei codices exolecentibus iam senio literis  
legi vix poterant: tum propter syllabarum compēdia igno-  
ta seculi huius transcriptoibus: paragraphorumq; inuer-  
siones: & alia cimineris. quod dicitur tenebris immersa: ac  
siti obsita. Transcriptum idcirco ac recognitum hisq; cha-  
racteribus Impressum Joannis parui Impensis & nostra  
opera accipe lector candidē: & boni consule. Vale.

**I**ncipit apparatus cō  
stitutio nū Clementis pa  
pe quinti secundum Guil  
lelmū de mote hauduno.



**M**agnifice boni  
tatis mi  
res pie  
tatis vi  
ro domi  
no Joā  
ni incli  
tissimi ol  
fati illu  
strissimi  
pācipis

dn̄i regis aragonum filio: eiusq; cās  
cellario: Guillelmus de mote hau  
duno minor alijs decretorū docto  
ribus Salutem ac gradus vtriusq;  
q̄ salutis cōsequi iuxta votū. Quo  
nam a iohanne r de iohanne pro re  
uelanda veritate que deus est scri  
bitur: fuit homo missus a deo cui  
nomen erat iohannes. hoc ideo pro  
thematē capio cum de iohanne ad  
ioannem intencio mea tēdat super  
veritate iuxta ingenū mei modulū  
j. sequentiū constitutionum de. pa  
pe. v. inquirenda. Processit vtriusq; di  
ctum themā ab euangelista iohan  
ne quem scimus vera dixisse: et de  
baptista iohanne qui proprio digi  
to veritatem ostendit. ¶ Cum itaq;  
de almitico patre ac sanctissimo  
domino Joanne papa. xij. cultore  
ac sarculatore profundissimo ad ves  
pres spinas tribulosq; de agro do  
minico extirpandos atq; virtutes  
inscrendas in ipso a quo processit  
presens prohemiūz nec per me cū  
ad hoc non sufficiat nec ipse bonis

meis egeat arbitror exprimendus  
nisi q̄ nequeo subtricare. i. q̄ omēs  
vie eius in misericordia r veritate  
consistunt. vt in hoc conueniat cu  
vtrōq; prefato iohanne eius cu  
ge  
sta cum sui interpretatione nomi  
nis vt clarius r breuius potui in  
versibus qui sequuntur perstrinxi.

Sunt paucis annis magnalia ge  
sta iohannis  
Clerum labe r laute loca persona  
coequavit  
Cur fuit nomen ei gratia grata  
dei.

¶ Ad vos igitur dominum iohan  
nem infantem inclitissimum quia  
regalibus sedibus r imperiali pro  
sapia descendendo tanq; ab eo mis  
sus r ab eius gratia nuncipatus i  
sacrovenerabilis cleri decalogo ca  
piuissis ascribi r in sortem dn̄i col  
locari specialiter dirigo verba mea  
pro eo q̄ noui vos tam nomine q̄  
re: vna cum dictis tribus sanctissi  
mis patribus qui iohānes dicti sūt  
r diuinam participare gratiam et  
viam perfecte profsequi veritatis.  
Non vtiq; r per experientiam quā  
doq; didici alios. i. ab istis penitus  
alienos esse quattuor venerabiles  
Joannes gubernatores castelle.  
Est ergo pūissime domine affectio  
propua in presenti vt quia nobis  
quem incunabulis sacre sciēne ca  
nonice posui lecturam eius conti  
nuare diu non potui. graui infir  
mitate oppressus quam ex nimia  
continuatione lecture incurri: sal  
tim aliqua de ipsa scientia vobis  
aperiam mediante proprio pugil  
lari ad instar progenitoris Joan  
nis: qd̄ cogitavi commodius non  
posse perficere q̄ si studendo pro  
sequar nouas constitutiones pre  
dictas sub bulla dicti sacrissimi pa  
pae.